

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput XIII. De obedientia humilis subditi, ad exemplum Jesu Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

*Liber III. Caput XIII. 171*

turarum solatio subtraxeris, tanto  
in me suaviores, & potentiores con-  
solationes invenies.

Sed primo non sine quadam tri-  
stitia, & labore certaminis ad has  
pertinges.

Obsistet inolita consuetudo, sed  
meliori consuetudine devincetur,

Remurmurabit caro: sed fervore  
spiritus frænabitur.

Instigabit, & exacerbabit te ser-  
pens antiquus, sed oratione fugabi-  
tur: insuper & labore utili aditus ei  
magnus obstruetur.

**C A P U T XIII.**

*De obedientia humilis subditi ad exem-  
plum Iesu Christi.*

**I.** Fili, qui se subtrahere nititur ab  
obedientia, ipse se subtrahit  
a gratia: & qui quærerit habere pri-  
vata, amittit communia.

Qui non libenter, & sponte suo  
superiori se subdit, signum est, quod  
caro sua necdum perfecte sibi obe-  
dit,

K 2

dit, sed s<sup>e</sup>pe recalcitrat, & remu-  
murat.

Disce ergo celeriter superiori tuo  
te submittere, si carnem propriam  
optas subjugare.

Citius namque exterior vincitur  
inimicus, si interior homo non fue-  
rit devastatus.

Non est molestior, & pejor ani-  
mæ hostis, quam tu ipsi tibi, non be-  
ne concordans spiritui,

Oportet omnino verum te assume-  
re tui ipsius contemptum, si vis  
prævalere adversus carnem, & san-  
guinem.

Quia adhuc nimis inordinate te  
diligis, ideo plene te resignare allo-  
rum voluntati trepidas.

2. Sed quid magnum, si tu, qui  
pulvis es, & nihil, propter Deum  
te homini subdis: quando ego omni-  
potens, & altissimus, qui cuncta  
creavi ex nihilo, me homini propter  
te humiliter subjeci?

Factus sum omnium humillimus,  
& infimus, ut tuam superbiam mea  
humilitate vinceret.

Disce obtemperare pulvis: Disce  
te humiliare terra, & limus, & sub  
omnium pedibus incurvare.

Disce voluntates tuas frangere, &  
ad omnem subjectionem te dare.

3. Exardeste contra te, ne patia-  
ris tumorem in te vivere: sed ita  
subjectum, & parvulum te exhibe,  
ut omnes super te ambulare possint,  
& sicut lutum platearum conculca-  
re. Quid habes homo inanis con-  
queri?

Quid, fordide peccator, potes  
contradicere exprobrantibus tibi, qui  
toties Deum offendisti, & infer-  
num multoties meruisti?

Sed pepercit tibi oculus meus,  
quia pretiosa fuit anima tua in con-  
spectu meo: ut cognosceres dilectio-  
nem meam, & gratus semper bene-  
ficiis meis existeres: & ut ad ve-  
ram subjectionem, & humilitatem te

K 3 ju-

remur-  
ori tuo  
opriam  
incitur  
on fue-  
or ani-  
non be-  
assume-  
si vis  
& san-  
nate te  
ure alio-  
tu, qui  
Deum  
o omni-  
cuncta  
propter  
Ea.

jugitur dares, patienterque proprium  
contemptum ferres.

## C A P U T XIV.

*De occultis Dei iudiciis considerandis  
ne extollamur in bonis.*

I. **I**ntonas super me iudicia tua Domine, & timore, ac tremore concutis omnia ossa mea, & expvscit anima mea valde.

Sto attonitus, & considero; quia cœli non sunt mundi in conspectu tuo.

Si in Angelis reperisti pravitatem nec tamen pepercisti, quid fiet de me?

Cediderunt stellæ de cœlo, & ego pulvis quid præsumo?

Quorum opera videbantur laudabilia, ceciderunt ad infima: & qui comedebant panem Angelorum, vidi filiis delectari porcorum.

2. Nulla est ergo sanctitas, si manum tuam Domine subtrahas.

Nulla prodest sapientia, si gubernare desistas.

Nul-